

Leges statutae reipublicae Sancti Marini.pdf/14



Exported from Wikisource on October 1, 2024

Haec pagina nondum emendata est

1

STATUTORUM

LIBER PRIMUS

De Arengo generali. Rubrica I.

Quoniam sub capite cetera membra naturaliter sita sunt, ideo pnmo loco de Arengo (cuius auctoritas in Republica nostra antiquitus praecipua erat), congruum dicere visum fuit. Est igitur Arengum congregatio universi populi Terrae Sancti Marini, et eius Curiae , scilicet unius hominis pro domo , quae praemisso sono campanae, & voce plazariorum, olim fiebat in claustro Plebis eiusdem Terrae, et nunc fit in aula, seu in domo magna Communis de mandato Dominorum Capitaneorum eiusdem Terrae pro tempore existentium, vel alterius eorum semper, et quandocumque eis, vel alteri eorum videtur necessarium, et opportunum. In quo Arengo sic congregato et coadunato licet graviora negotia Reipublicae nostrae antiquissimis temporibus per Dominos Capitaneos tractarentur, et resolverentur: attamen aucto populo nostro, quoniam congregatio eius pro singulis rebus difficilis paulatim evasit, ad tollendas omnes difficultates, nec non iurgia, et inevitabiles, ac perniciosas contentiones, quae in tam magna

2

multitudine hominum continuo oriebantur , in Consilium magnum et generale, nuncupatum sexagintavirorum, omnimoda,etsuprema potestas et imperium ab eodem Arengo translatum fuit, nulla alia sibi reservata auctoritate, nisi quod in eo, ut supra, congregando, publicari debeant Officiales in principio cuiuslibet Capitaneatus electi, collectarum necessariae taxationes, et solutiones, viarum reaptationes, aquarum reductiones ad suos cursus antiquos, nec non custodiarum, operarum, lignorum, ac quarumcumque rerum impositiones, et cetera alia opportuna, et sub diversis Rubricis praesentis voluminis statutorum comprehensa. Quae omnia nos confirmamus et approbamus, volentes etiam cuique de populo licere suas querelas, et praetensa gravamina in praedictis et circa praedicta per modum supplicationis verbo vel in scriptis in eodem Arengo coram Dominis Capitaneis porrigere, et propo-

About this digital edition

This e-book comes from the online library [Wikisource](https://wikisource.org)^[1]. This multilingual digital library, built by volunteers, is committed to developing a free accessible collection of publications of every kind: novels, poems, magazines, letters...

We distribute our books for free, starting from works not copyrighted or published under a free license. You are free to use our e-books for any purpose (including commercial exploitation), under the terms of the [Creative Commons Attribution-ShareAlike 3.0 Unported](https://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0/)^[2] license or, at your choice, those of the [GNU FDL](https://www.gnu.org/licenses/fdl.html)^[3].

Wikisource is constantly looking for new members. During the realization of this book, it's possible that we made some errors. You can report them at [this page](#)^[4].

The following users contributed to this book:

- Mizardellorsa

1. [↑ https://wikisource.org](https://wikisource.org)

2. [↑ https://www.creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0](https://www.creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0)
3. [↑ https://www.gnu.org/copyleft/fdl.html](https://www.gnu.org/copyleft/fdl.html)
4. [↑ https://wikisource.org/wiki/Wikisource:Scriptorium](https://wikisource.org/wiki/Wikisource:Scriptorium)